

S. P. Data commoda occasione, Observantissime  
patruē, non possum, quin secundas hasce ex  
nostra artium officina, in vestra Martis  
tentoria eiaculet. Verid ad huc agimus.  
Miraris mi patruē? et rogas, quibus nego-  
cijs tempus hic nostrum transigerimus?  
Egregiè animum lusibus honestis laxavi-  
mus: quod præmitto, quia eum laxandi gra-  
tia huc nos contulimus: corpori quoque suam  
portionem non negavimus: refecimus illud  
pomis suavissimis, et ita atiquando occupa-  
ti fuimus in decerpendis cerasis, ribibus,  
prunis, malis Armeniacis, persicis, item pi-  
ris dulcibus illis et falernis, quorum quædam  
Adhuc <sup>cum</sup> malis (absit malum illud, quod fe-  
brim Teelandicam vocant) decerpenda  
restant, quibus decerptis, intra quatuor-



decim dies credo domum revertemur.

Præcipuum verò tempus, et imprimis omne  
matutinum. <sup>studij impendimus.</sup> Erasmi Colloquia potissimum  
veridè hactenus tractavimus, et adhuc tra-  
ctamus, metodo ea, quam nuper Dño Pa-  
truo significavi, nisi quod insuper alter-  
natim thematis loco illud colloquium,  
quod præeunte præceptore totum explica-  
vimus, in vernaculum sermonem, et ex  
illo iterum in Latinum vertimus: sed  
ita, ut stilum Erasmi, quàm possumus, exa-  
ctissimè exprimamus. Specimen eius in ad-  
iuncta hisce scheda Dño Patruus (si mole-  
stum non fuerit,) videre, et quo usque Era-  
smum secutus fuerim, probare non gravetur.  
His



2  
Ihis mi patruē vale, ac iterum ex me, fratre, et  
præceptore meo officiosissimè salve, et a  
mare perge

Tibi obsequentissimas  
Christianum Huygens.  
et moi

Maurice Huygens, sott, sine.  
De, est sott. olla een  
pot, dat is een frai  
slot.



Viro Nobili et Amplis-  
simo, Dn. Constantino  
Hugenio, Dno à Luxlie-  
chem, Principi Aradusionen-  
sium à consilijs et secretis,  
Patruo suo summè observan-  
do.

Ad Castra.

